



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 2. In vinum mutata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

## §. II.

*Aqua in vinum mutata.*

Joan. 2.

*Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Gen. 1. 2. Pulsat animum nostrum, si quidem Deus investigare permittit: cur incepit ab aqua convertenda in vinum Dominus Iesus Christus? five cur à liquoribus inchoavit? Multa sanè mysteria legimus Dominum in aqua fecisse. In prima rerum creatione *Spiritus Dei fereb.* &c. Ad id rationalem creaturam compellans; nè rebus, quibus ipsa nobilior, in dō domina constituta, velit malè subijci per amorem: consuevit enim amor hominum subijci rebus, quas diligit; qui soli Deo debet esse subiectus. Sim. de Cast. l. 4. c. 1.

*Congregentur aqua.* Gen. 1. 9. S. Hier. ep. 83. Christus Iesus Dominus noster, qui ab aquis primum signum fecerat, finivit in aquis. Latus Christi percucitur lancea, & bapismi, atque martyrii pariter Sacramenta funduntur. Bened. Fernandus hic.

*Aquam vinum factum.* Jo. 2. 9. Cur non credamus virtute Dominicā vinum fieri potuisse de aqua, cum nobis, operante Deo, fomentis imbrium, terræ de gremio, per ministreria vinearum, aqua furgat in vinum? S. Maximus in Epiph. Dom. hom. 1.

Nihil aliud est vinum, quàm aqua ex vite facta. S. Greg. Nyss. lib. 1. de homine cap. 2.

Sanè non minus stupendum videri debet, quòd humor vitis in vinum Deo disponente quotannis convertatur; quàm quòd olim in Canā Galilææ eodem iubente aqua in vinum mutata fuerit. Blossius parad. an. c. 28.

Christus Dominus ostendit se esse, qui, ut ait S. Aug. omni annò hoc facit in vite, dum in vitibus succum aquarum in vinum convertit. Corn. à Lap. in Jo. 2.

## §. III.

*Ex vitis Patrum.*

S. Odiloni Abb. Cluniac. aquam petenti, divinā indulgentiā bis in vinum conversa. Boll. 1. Jan.

B. Rogerius Abb. allatam aquam benedixit, & in vinum convertit. Id. 3. Jan.

S. Gerlaco Eremitæ aqua ex fonte, (hodie S. Gerlaci dicitur) allata, in vinum ter mutata. Id. 5. Jan.

Idem de S. Alberto Eremita 7. Jan.

B. Petro Damiano. Boll. 23. Febr. &c.

## §. IV.

*Aqua benedicta.*

**D**ie Dominicò aspersio aquæ benedictæ in memoriam Baptismi. Delet venialia. S. Thom. 3. p. q. 65. a. 1. ad 6. Ut majori cum puritate, vel sacrificemus, vel oremus. Per aquam amaritudo penitentia. Gavantus. tit. 19.

Aqua significat incarnationem Domini, sal designat unionem divinæ Naturæ cum nostra Humanitate. S. Vinc. Ferr. s. 9. de aqua benedicta.

Uxor divitis nobilis, seu morbò, seu vexatione dæmonis, gallinas de die 30. sinè satietate edebat. Consumptis ita facultatibus amici Sanctum Macedonium adeunt; venit, benedixit aquam, iussit ebibere, & morbum curavit; ut deinceps parva gallinæ particula fami sufficeret. B. Theodoretus histor. Patrum.

S. Odilo puerum caducò morbò laborantem asperione aquæ benedictæ sanat; item amentem. Boll.

S. Brigida V. Scota venerat ad quendam ex itinere, cujus uxor illum oderat. Aspersit aquâ benedictâ domum, potum, & lectum, uxore absente; ex illo die maritum magnò constanti dilexit amore. Boll. 1. Febr.

Anno 1603, dum locustæ Æthiopiæ vastant, vici cujusdam incolæ Catholici P. Petrum Paesium adeunt, nuntiantes hanc agris suis pestem imminere. Hos ille quamprimum in templo adesse jubet, & Sacris celebratis, ac Litanis recitatis, aquâ lustrali agros aspergit. Nec effectu caruit consilium: locustæ enim hæreticorum agros, à Catholicorum aliquibus in locis non nisi fossâ disjunctos, vastarunt; horum nè quidem atigerunt. P. Petrus Janicus thes. rer. Jndic.

## §. V.


*Aqua manualis curat morbos.*

**S** Odilo aquâ, quâ manus lavit, febricitantem, eâ epotâ, curavit absque morâ.

S. Fulerannus Ep. in Gallia, aquâ, quâ manus laverat, infirmos multos curavit. Boll. 13. Febr.

S. Heribertus Archi-Ep. Col. sanat aquâ lotionis manuum in Missâ, dolorem capitis, & oculatorum. Id. 16. Martii. Similiter S. Sulpitius Pius Ep. Bitur. 17. Jan.

S. Eduardus Conf. Rex Angliæ, aquâ, quâ manus lavit, multos cæcos curavit. Metaphrastes.



TITU-